

sed æquo pede pulsat pauperũ tabernas,
regumq; turrets; ut Horatius loquitur.

V. Modus resuscitationis: *Cum vidisset, &c.* Dominus adhuc videt lachrymas ac miserias nostras. ψ 56.
Apoc:2.

Misericordia motus: Exemplo Christi & nos simus compatientes: facit etiam *συμπάθεια* Christi in nostram consolationem.

Dixit, Noli flere: Sunt verba consolantis, non prohibentis. Imò ipse Christus deflevit Lazarum, & sacra scriptura jubet lugere defunctos. Johã:iii
Syr: 38.

Accessit, tetigit loculum:

Exemplo Christi homines miseros accedere, eosq; juvare non gravemur.

Adolescens, tibi dico surge, &c.

Est enim Deus omnipotens, & Dominus creaturarum.

Et resedit: Testimonium omnipotentiae CHRISTI.

Dedit illum Matri: Ut ipsi ærumnosæ matri esset solatio. Est enim Protector viduarum. Exo:22.

DE II. LOCO.

Accepit omnes timor:

Quemadmodum hoc miraculum suum

R 3 finem